



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Martianvs Conf. 10. Ianuarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. IVLIANVS M. 9. Ianuarij.

IVLIANVS unicus parentum clarissimorum filius primam ætatem Musis consecravit. Ex virginibus in clientis sui pectus amorem virginitatis cum literis instillarunt. Sed obstatere votis parentes, castas aures Hymenæo identidem pulsantes. Itaque à cælo antè per somnum armatus BASILIS-SAM duxit. Verùm precantes thalamo cœlestis primum odor afflavit; mox de servando pudore piè sermocinantibus cum MATRE aliisque Cœlitibus CHRISTVS supervenit, qui & audientibus animos addidit, & utriusque nomina vitæ libro descripta ostendit. Ita virgo obiit BASILISSA; IVLIANVS verò etiam Martyr; quidum ad luctum totâ urbe vinctus circumducitur, CELSVS, mali Iudicis non malus filiolus, conspicatur eum non tam inter lictorum, quam Cœlitum manus inanibulare. Pedes proinde martyris complexus, & Christum puer non pueriliter, & ipse fassus, cum IVLIANO ad ignem damnatur. Sed virtus proba è flaminis splendidior nimirum exit, crescitque, matre etiam Celsi ad Christū adductā. Caput demum omnibus sub annum Christi CCC.XI. afferuntur. Sed neque sic locus coronæ defuit. Ex Sur.

Qui igne Christi captus fuerit, talis fit, qualis es-  
set homo solus super terrā habitans, adeò nihil cure  
est ei gloria & ignominia. S. Chrys. hom. 52. in Acta

S. MARTIANVS CONF. 10. Ianuarii.

N Ovit MARTIANVS maxima Ædi Byzantij  
præpositus orationem, quò celos & certius,

B

& citius peteret, alatam reddere, creberrima illi  
jejunia & cleemosynas jungendo. Multus præ-  
tereà in extenuendis cœnobiosis templisque fuit;  
monumentis, quæ ferè vnicæ in mortali homine  
immortalia Deus probat. Plenam, quoties foras  
prodixit, manum circumulit, cum vacuâ nullum  
a se inopem passus abire. Veste, quam diu vixit,  
non nisi unicâ semper usus, hac etiam, cum nulli  
ad manum numeri essent, se exiit, & egenum in-  
duit, sed divite lucro: quippe qui deinde cum se-  
minudus pro arâ divinum cibum in populum par-  
tireretur, aurâ palam à cœlo veste ornari visus est,  
ut planè jam quæstum quæsiisse, & pro paupere  
togâ meliorem ambiisse videri possit. Noctu por-  
rò vigil pius urbem obambulabat, vel quibus  
tunc etiam benefaciet, egenos, vel quos lotos  
domi curatosque terræ mandaret, mortuos quæ-  
rens; ex quibus non pauci revixisse inter studia  
tam sancta memorantur, & alterum vitæ paren-  
tem MARTIANVM salutasse. Ian grassantem in  
templum suum crudeliter flammarum medius ipse  
objecto Evangelice historie volumine stitit, pre-  
cibus domuit, lacrimis extinxit. Secundum hæc  
aliaque mira templo, quod ultimum ædificabat,  
& vitæ finem unâ imposuit. Ex Metaphraſte apud  
Surium.

Manducat Deus in celo panem, quem percepit  
pauper in terra. Da ergo panem, da potum, da vesti-  
mentum, da teatum, si Deum debitorem non vi  
habere, nihil nobis nocebit in terra, si nobis in celo mi-  
sericordia sit patrona. S. Pet. Chrys. l. 42.

S.THEO-